

Giambattista VICO

DE ANTIQUISSIMA
ITALORUM SAPIENTIA

EX
LINGUAE LATINAE ORIGINIBUS
ERUENDA
LIBRI TRES

Liber primus: metaphysicus
Liber secundus: physicus
Liber tertius: moralis

1710

Giambattista VICO

DE LA TRÈS ANCIENNE PHILOSOPHIE
DES PEUPLES ITALIQUES

OU'ON DOIT TIRER DES ORIGINES
DE LA LANGUE LATINE
EN TROIS LIVRES

Livre I: Méta physique
Livre II: Physique
Livre III: Morale

1710

traduit du latin
par
Georges Mailhos
et
Gérard Granel

PROEMIUM

Occasio scribendorum — Linguae doctae a nationum philosophis — Doctae Latinae linguae origines ab Ionibus et Hetruscis — Secta Italica sapientissima — Hetrusci metaphysica doctissimi — Hetrusci geometria Graecis antiquiores — Hoc opus ad *Cratylum* Platonici exemplum. Aliud ac Varronis, Scaligeri, Sanctii Scioptique.

Dum linguae Latinae origines meditarer, multorum bene sane verborum tam doctas animadverti, ut non a vulgari populi usu, sed interiori aliqua doctrina profecta esse viderentur. Et sane nihil vetat, quin aliqua lingua philosophicis locutionibus referta sit, si in ea gente multum philosophia celebraretur. Ex mea quidem memoria promere id possim, quod, dum Aristotelaei philosophi et Galenici medici florebant, per ora hominum illiteratorum pervulgata erant « fuga vacui », « naturae aversiones et studia », « quatuor humores » et « qualitates » et innumera eiusmodi, postea vero quum neoterica physice et medicina ars invaluit, vulgus hominum passim audias « sanguinis circulationem » et « coagulum », « utilia noxiaque fermenta », « aëris pressionem », et alia id genus loqui. Ante Hadrianum Caesarem hae voces « ens », « essentia », « substantia », « accidens », Latinis inaudita, quia Aristotelis *Metaphysice* incognita, viri docti post ea tempora eam celebrarunt, et ea vocabula divulgata. Quapropter, cum Latinam linguam locutionibus satis doctis scatere notassem, et priscos Romanos usque ad Pyrrhi tempora nulli rei, praeterquam rusticae et bellicae, dedisse operam, historia testetur, eas ab alia docta natione ipsos accepisse et imprudentes usos esse, conieciabam.

PRÉAMBULE

Quelle fut l'occasion de cet ouvrage — Dans un peuple, les langages savants viennent des philosophes — Le latin savant tire ses origines des Ioniens et des Etrusques — L'école italique est la plus riche en savoir — Les Etrusques sont les plus savants en métaphysique — La géométrie étrusque est plus ancienne que la grecque — Le présent ouvrage prend exemple sur le *Cratyle* de Platon, ce qui n'est pas le cas de Varron, Scaliger, Sanchez ni de Schoppe.

Comme je réfléchissais sur les origines de la langue latine, je remarquai que celles de bon nombre de termes étaient si savantes qu'elles paraissent résulter non de l'usage ordinaire que le peuple faisait de la langue, mais bien d'une sorte de savoir interne. Rien n'empêche, en effet, qu'une langue donnée ne soit reconduite à des tournures philosophiques, si dans le peuple qui la parle la philosophie est en honneur. Je n'ai aucun mal à me souvenir que, du temps où florissaient philosophes aristotéliens et médecins galieniens, on entendait fréquemment dans la bouche même des illettrés des expressions telles que "l'horreur du vide", "les aversions et les attirances naturelles", "les quatre humeurs", "les qualités", et quantité d'autres semblables, mais après que la physique et la médecine modernes se furent imposées, on pouvait entendre couramment le vulgaire parler de "circulation sanguine" et de "coagulation", de "ferments utiles et nocifs", de "pression de l'air" et autres expressions du même genre. Avant Hadrien, on n'entendait pas chez les Latins des termes tels que "ens", "essentia", "substantia", "accidens", la *Metaphysique* d'Aristote leur étant inconnue; par la suite, les gens cultivés la firent connaître et ces vocables se répandirent dans le peuple. C'est pourquoy, ayant remarqué que la langue latine abondait en tournures plutôt savantes et qu'au témoignage de l'histoire les Romains, des premiers temps jusqu'à l'époque de Pyrrhus, ne s'étaient guère intéressés qu'aux choses de l'agriculture et de la guerre, je conjecturais qu'ils les avaient empruntées à la culture d'un autre peuple et qu'ils les avaient employées aveuglément.

Nations autem doctas, a quibus eas accipere possent, duas invenio, Iones et Etruscos. De Ionum doctrina non est ut multis doceam: cum in iis Italica philosophorum secta, et quidem doctissima praestantissimaque flourerit. Etruscos autem eruditissimam gentem fuisse, magnificorum doctrina sacrorum, qua praestabant, confirmat. Ibi enim theologia civilis exculta est, ubi theologia naturalis excolitur: ibique religiones augustiores, ubi digniores de Summo Numine opiniones habentur; et ideo apud nos Christianos castissimae omnium ceremoniae, quia omnium sanctissima de Deo dogmata. Sed et architectura ceterarum simplicissima Etruscorum, grave argumentum praebet, eos in geometria Graecis priores fuisse. Ab Ionibus autem bonam et magnam linguae partem ad Latinos importatam ethymologica testatum faciunt. Ab Etruscis autem religiones deorum, et cum iis locutiones etiam sacras, et pontificia verba Romanos accessisse, constat. Quamobrem certo conicio ab ea utraque gente doctis verborum origines Latinorum provenisse; et ea de causa animum adiecti ad antiquissimam Italorum sapientiam ex ipsis Latinae linguae originibus erucdam. Opus sane hactenus, quod sciam, intentatum, sed forsitan dignum quod inter Francisci Baconis desideria numeretur.

Plato enim in *Cratylō* eadem viā priscam Graecorum sapientiam assequi studuit. Quare quod Varro in *Originibus*, Iulius Scaliger, *De causis Latinae linguae*, Franciscus Sanctius in *Minerva*, ibidemque in notis Gaspar Scio-pius praestiterunt, longo a nostro distat incepto. Mi enim ex philosophia, quam ipsi docti fuerant et excolebant, linguae causas eruere et systema comprehendere satagerunt; nos vero, nullius sectae addicti, ex ipsis vocabulorum originibus quaeenam antiquorum sapientia Italorum fuerit sumus indagaturi.

Or, je ne vois que deux peuples cultivés à qui ils auraient pu faire cet emprunt, les Ioniens et les Etrusques. Sur la science ionienne, il n'est pas nécessaire que je m'étende: on sait comme a fleuri chez eux l'école philosophique italique, la plus savante et la plus prestigieuse. Que les Etrusques, d'autre part, aient été un peuple d'une très grande finesse, c'est ce qu'atteste la théorie qu'ils avaient des grandeurs de leur culte, par quoi ce peuple l'emportait sur tous les autres. En effet, la théologie civile fut cultivée là où la théologie naturelle l'était déjà, et les religions ont plus de majesté là où les opinions que l'on a de la suprême Puissance divine sont plus justes; et si nous, chrétiens, possédons les cérémonies les plus pures d'entre toutes, c'est que les croyances que nous avons de Dieu sont de toutes également les plus saintes. Mais l'architecture étrusque, elle aussi, la plus simple de toutes, nous donne un argument de poids pour conclure à leur antériorité sur les Grecs en matière de géométrie. Or, qu'une bonne et grande partie de la langue latine provienne des Ioniens, c'est ce qu'atteste l'étymologie. Il est établi d'autre part que c'est aux Etrusques que les Romains ont emprunté leurs pratiques religieuses, et avec elles les locutions sacrées et les formules des pontifes. C'est pourquoi je tiens pour certain que les origines savantes des mots latins remontent à ces deux peuples; et partant, je me suis appliqué à extraire la plus ancienne philosophie italique des origines de la langue latine elle-même. Tâche à laquelle, pour autant que je sache, nul jusqu'ici ne s'est attaqué, mais qui peut-être mériterait de figurer parmi les desirs d'un François Bacon.

C'est en effet par la même voie que Platon dans le *Cratylē* s'est attaché à comprendre l'ancienne philosophie des Grecs. C'est pourquoi ce qu'ont montré Varro dans ses *Origines*, Jules Scaliger dans son *De causis Latinae linguae*, François Sanchez dans sa *Minerva* et Gaspard Schoppe dans ses remarques sur cette dernière oeuvre, est très loin de notre projet. Car c'est à partir de la philosophie dans laquelle ils avaient été formés et qu'ils cultivaient eux-mêmes, que ces auteurs s'échinèrent à chercher les causes du langage et à en saisir le système; tandis que nous, qui ne sommes d'aucune école, c'est en suivant la piste de l'origine même des termes que nous allons rechercher quelle fut la philosophie des anciens peuples italiques.

LIBER PRIMUS

SIVE

METAPHYSICUS

AD NOBILISSIMUM VIRUM

PAULLUM MATTHIAM DORIAM

PRAESTANTISSIMUM PHILOSOPHUM

SCRIPTUS

Et principio eas locutiones, quae coniecturae locum faciunt, quas prisci Italiae sapientes de primo vero ac summo Numine animoque humano opiniones habent, hoc primo libro exequi eumque tibi, vir amplissime, Paulle Mattia Doria, inscribere, seu potius in hoc libro de metaphysicis rebus, te auspice, disserere certum fuit: qui, ut summum genere et doctrina philosophum deceat, praeter cetera philosophica, his celissimis studiis delectaris; et ea ipsa per summam magnanimitatem et sapientiam excolis. Magni enim animi illud est, quod praecleara aliorum sublimium philosophorum mediata admiraris quidem et laudas; sed et maiora de te confidis et praestas. Nec minoris sapientiae illud, quod unus recentiorum omnium, primum verum in humanos usus deduxisti, et altera via in mechanica, altera in civilem doctrinam derivasti, et principem omni mala regni arte, qua suum Cornelius Tacitus et Nicolaus Machiavellus imbuerunt, integrum formas: quo nihil ad Christianam legem conformius, nihil ad rerum publicarum felicitatem exoptatius. Sed isthaec communia tua sunt erga quemvis merita, ad quem vel sola tui amplissimi ac praeclarissimi nominis fama pervenerit. His autem tua erga me illa propria accedunt, quod me et mea pro tua singulari humanitate benignissime excipias, tuque potissimum me ad huiusmodi studia excitaveris. Cum enim anno superiore, super coena, apud te domi dissertationem habuissem, in qua ex his ipsis Latinae linguae originibus naturam collocabam in motu, quo per vinum cunei quaeque in sui motus centra compellerentur, et vi conversa a centro circum circa expellerentur ad ambium, et res omnes per systolem et diastolem quandam gigni, vivere et interire, tu et eximi

LIVRE PREMIER

OU

MÉTAPHYSIQUE

DÉDIÉ AU TRÈS NOBLE

PAOLO MATTIA DORIA

TRÈS ILLUSTRE PHILOSOPHE

Et pour commencer j'expose dans ce premier livre les expressions qui permettent de conjecturer quelles opinions les anciens philosophes italiens se faisaient de la vérité première et de la suprême Puissance divine, ainsi que de l'esprit humain; et ce livre, j'ai résolu de te le dédier, à toi, Paolo Mattia Doria, homme sublime, ou plutôt d'y traiter sous tes auspices des questions de métaphysique — toi qui, comme il sied à un philosophe éminent tant par la nature que par le savoir, te complais, au-delà des autres domaines de la philosophie, sur de tels sommets et cultives ces questions elles-mêmes avec la plus grande élévation d'esprit et le savoir le plus haut. C'est en effet la marque d'un grand esprit que, tout en admirant et en louant, comme tu fais, les belles pensées d'autres philosophes sublimes, d'en attendre pourtant de plus grandes encore de toi-même, et de les fournir. Et c'est le fait d'une non moins grande philosophie que d'avoir, seul parmi tous les modernes, fait pénétrer la vérité première dans le domaine des pratiques humaines et d'avoir employé deux méthodes différentes pour l'orienter soit vers la théorie mécanique, soit vers la théorie civile. Enfin tu preserves la figure du Prince de toutes les mauvaises formes de gouvernement que Tacite et Machiavel ont concentrées dans leur: rien ne pouvait être plus conforme à la loi chrétienne, ni plus souhaitable pour le bonheur de l'Etat. Mais ce sont là tes mérites publics, connus de qui-conque aura été atteint par ta renommée, fût-ce simplement celle d'un homme très éminent et très illustre. A ces mérites-là s'ajoutent les bontés qui m'attirent personnellement et que tu as manifestées envers moi et mes projets dans ta bienveillance sans pareille, toi qui m'as poussé de toute la force à des études de ce genre. En effet l'année dernière, au cours d'un repas chez toi, j'avais tenu un discours dans lequel, à partir des origines mêmes de la langue latine, je situais la nature dans le mouvement par lequel toutes choses sont poussées, comme par la force d'un coin, au centre de leur mouvement, et, par une force inverse, sont chassées du centre de tous côtés vers le pourtour, en sorte que toutes choses, disais-je, naissent, durent et périssent par une espèce de systole et de diastole. C'est alors que toi-même, et d'autres citoyens de notre ville

huius civitatis doctrina viri, Augustinus Arianus, Hyacinthus de Christo-
phoro et Nicolaus Galizia, me monuistis, ut eam rem a capite aggrederer,
ut rite et ordine constabillita videretur. Itaque idem insistens originum
Latinarum iter, haec metaphysica sum mediaturs, quae his nominibus tibi
inscribo: nam ex posterioribus curis aliquam praeclarissimis iis tribus
viris dabo, in grati animi et singularis observantiae testimonium.

éminents par leur savoir, Agostino Ariani, Giacinto de Cristoforo et Nicola
Galizia, vous m'avez engagé à reprendre la question à la source, pour qu'elle
apparaisse établie en bonne et due forme. C'est pourquoi, suivant toujours le
chemin des origines latines, j'ai médité ces questions métaphysiques, que je te
dédie particulièrement: quant aux trois autres hommes illustres, je leur offrirai
à chacun l'une de mes études suivantes, en témoignage de ma gratitude et de
ma particulière considération.

CAPUT I

I

DE VERO ET FACTO

Latinis « verum » et « factum » idem — Quid « intelligere » — Quid « cogitare » — Quid « ratio » — Homo « rationis particeps » dictus — Verum est ipsum factum — Cur in Deo primum verum — Cur id infinitum — Cur exactissimum — Quid scire sit — Hominis cogitatio, intelligentia Dei propria — Verum divinum imago rerum solida, humanum plana — Scientia est cognitio modi quo res fiat — Cur antiquis Italise philosophis verum idem ac factum — In nostra religione distinguenda res est — Cur Sapientia divina « Verbum » appellatum.

Latinis « verum » et « factum » reciprocantur, seu, ut Scholarum vulgus loquitur, convertuntur; atque iisdem idem est « intelligere », ac « perfecte legere », et « aperte cognoscere ». « Cogitare » autem dicebatur, quod nos vernacula lingua dicimus *pensare* et *andar raccogliendo*. « Ratio » autem iisdem significabat et arithmeticae elementorum collectionem, et dotem hominis propriam, quā brutis animalibus differt et praestat: hominem autem vulgo describebant animantem « rationis participem », non componentem usquequaque. Altriusculus, *fuit*, verba idearum, *ita*, ideae symbola et notae sunt rerum: quare *quemadmodum legere eius est, qui colligit elementa scribendi*, ex quibus verba componuntur; *ita intelligere sit colligere omnia elementa rei*, ex quibus perfectissima exprimitur idea.

Hinc conicere datur, antiquos Italise sapientes in hac de vero placita concessisse: verum esse ipsum factum; ac proinde in Deo esse primum verum, quia Deus primus Factor; infinitum, qui omnium Factor; exactissimum, quia cum extrema, tum intima rerum ei repraesentat elementa, nam continet. Scire autem sit rerum elementa componere: unde mentis humanae cogitatio, divinae autem intelligentia sit propria; quod Deus omnia elementa rerum legit, cum extrema, tum intima, quia continet et disponit; mens autem humana, quia terminata est, et extra res ceteras omnes, quae

CHAPITRE I

I

DU VRAI ET DU FAIT

En latin "verum" et "factum" sont même chose — Ce qu'est "intelligere" — Ce qu'est "cogitare" — Ce qu'est "ratio" — L'homme est dit "rationis particeps" — Le vrai est le fait même — Pourquoi c'est en Dieu qu'est la vérité première — Pourquoi elle est infinie — Pourquoi elle est très exacte — Ce qu'est savoir — La cogitatio est propre à l'homme, l'intelligence à Dieu — La vérité divine est l'image solide des choses, celle des hommes en est l'image plane — Le savoir est la connaissance de la façon dont une chose se fait — Pourquoi chez les anciens philosophes italiens le vrai est la même chose que le fait — Dans notre religion il faut les distinguer — Pourquoi la Sagesse divine est appelée "Verbum".

Pour les Latins "verum" et "factum" sont réciproques, ou, comme on dit communément dans les Ecoles, convertibles; et il en va de même pour eux de "intelligere", "perfecte legere" et "aperte cognoscere". Mais par "cogitare" ils entendaient ce qu'en italien nous appelons "pensare" et "andar raccogliendo". Quant à "ratio", le mot désignait pour eux à la fois un assemblage d'éléments arithmétiques et l'apanage de l'homme, par quoi il se distingue des brutes et l'empporte sur elles: ils définissent communément l'homme comme "rationis particeps", ce qui ne signifie pas qu'il en soit le maître. D'autre part, comme les mots le sont des idées, les idées elles-mêmes sont des symboles et des marques des choses: c'est pourquoi, de même que lire est le fait de qui rassemble les éléments d'écriture dont sont composés les mots, de même comprendre consisterait à rassembler tous les éléments d'une chose, pour en exprimer l'idée complète.

D'où il est permis d'avancer que les anciens philosophes italiens se sont accordés à propos du vrai sur les maximes suivantes: que le vrai est le fait même, et par conséquent que c'est en Dieu qu'est la vérité première, parce que Dieu est le premier Facteur; qu'elle est infinie, parce que Dieu est le Facteur de toutes choses; qu'elle est très exacte, parce qu'elle lui représente les éléments, tant externes qu'internes, des choses, car Dieu les contient. Or, savoir serait composer les éléments des choses: d'où la pensée serait le propre de l'esprit humain, là où l'intelligence serait celui de l'esprit divin. C'est que Dieu recueille tous les éléments des choses, tant internes qu'externes, parce qu'il les contient et les dispose, tandis que l'esprit humain étant fini et rassem-

ipsa non sunt, rerum duntaxat extrema coactum est, nunquam omnia colligat, ita ut de rebus cogitare quidem possit, intelligere autem non possit; quare particeps sit rationis, non compos.

Quae ipsa ut similitudine illustrem. Verum divinum est imago rerum solida, tanquam plasma; humanum monogramma, seu imago plana, tanquam pictura; et quemadmodum verum divinum est quod Deus, dum cognoscit, disponit ac gignit, ita verum humanum sit, quod homo, dum novit, componit item ac facit; et eo pacto scientia sit cognitio generis, seu modi, quo res fiat, et quae, dum mens cognoscit modum, quia elementa componit, rem faciat; solidam Deus quia comprehendit omnia, planam homo quia comprehendit extrema.

Quae sic dissertata, quo facilius cum nostra religione componantur sciendum est antiquos Italiae philosophos putasse verum et factum converti: quia mundum aeternum putarunt, ac proinde Deum ethnici philosophi coherunt, qui semper a d e x t r a, quod nostra theologia negat, sit operatus. Quare in nostra religione, quae profitemur mundum ex nihilo creatum in tempore, res haec opus habet distinctione, quod verum creatum convertatur cum facto, verum increatum cum genito. Quemadmodum Sacrae paginae elegantia vere divina, Dei Sapientiam, quae in se omnium rerum ideas continet, et idearum omnium proinde elementa, « V e r b u m » appellarunt; quod in eo idem sit verum, ac comprehensio elementorum omnium, quae hanc rerum universitatem componit, et innumeros mundos posset, si vellet, condere; et ex iis in sua divina omnipotentia cognitio exactissimum reale verbum existit, quod, cum ab aeterno cognoscatur a Patre, ab aeterno item ab eodem genitum est.

II

DE ORIGINE ET VERITATE SCIENTIARUM

Cur theologia revelata omnium certissima scientia — Scientia humana est quaedam naturae anatoe — Objecta scientiarum in Deo alia ac in homine — Deus ens, creata entis — Vere unum id quod multiplicari non potest — Infinitum supra corpus est, et loco non continetur — Quae in homine ratiocinia, in Deo sunt opera — In homine

blant seulement les extrémités des choses — pour ne rien dire de toutes celles qui par elles-mêmes n'ont pas l'être — ne relie jamais tout, de sorte que, s'il est bien capable de rassembler quelques pensées des choses, il ne l'est pourtant pas d'en avoir l'intelligence. C'est en quoi il aurait part à la raison, mais sans en être le maître.

Pour illustrer ces points par une comparaison, je dirais que le vrai divin est une image solide des choses, comme un modelage; tandis que le vrai humain est un monogramme et une image plane, comme une peinture; et de même que le vrai divin est ce que Dieu, pendant qu'il le connaît, dispose et engendre, de même le vrai humain serait ce que l'homme, dans sa connaissance, rassemble et produit; et de cette manière la science serait la connaissance de la genèse d'une chose, autrement dit de la façon dont elle est faite, et elle serait ce par quoi l'esprit, en connaissant cette façon puisqu'il compose les éléments, produirait la chose; Dieu la produit solide, puisqu'il comprend tout, et l'homme plane, puisqu'il n'en comprend que les extrémités.

Pour composer plus facilement avec notre religion une telle conception des choses, il faut savoir que les anciens philosophes italiens ont pensé que le vrai et le fait sont convertibles: car ils ont pensé le monde comme éternel, et par conséquent ces philosophes païens ont honoré un dieu qui a toujours oeuvré *ad extra*, ce que n'admet pas notre théologie. C'est pourquoi dans notre religion, où nous professons que le monde a été créé dans le temps *ex nihilo*, il nous faut introduire ici une distinction, de façon que la vérité créée soit convertible avec le fait, la vérité incréée avec l'engendré. Aussi la Sainte Ecriture, avec une beauté de style vraiment divine, appelle-t-elle "Verbe" la Sagesse Divine, qui contient en soi les idées de toutes les choses, et par conséquent les éléments de toutes les idées. C'est qu'en Dieu la vérité et la compréhension de tous les éléments — compréhension qui compose cette totalité des choses, notre univers, et qui, si elle le voulait, pourrait fonder d'innombrables mondes — ne font qu'un: et de ces éléments que connaît la Toute-Puissance divine le verbe le plus exactement réel tire son existence, puisque, étant connu de toute éternité par le Père, il est aussi engendré par lui de toute éternité.

II

DE L'ORIGINE ET DE LA VÉRITÉ DES SCIENCES

Pourquoi la théologie révélée est la science la plus certaine de toutes — La science humaine est une sorte de dissection de la nature — Les objets des sciences sont autres en Dieu et en l'homme — Dieu est l'être, les créatures participent de l'être — Est vraiment un ce qui ne peut pas être multiplié — L'infini est au-dessus du corps et n'est pas contenu en un lieu — Ce qui chez l'homme est le produit du raisonnement est en Dieu une oeuvre — En l'homme le

arbitrium, in Deo voluntas ineluctabilis — Latinis idem « diviser » et « minuer » —
 Via resolutiva — per syllogismos vana — per numeros divinatoria — per ignem et
 menstrua tentabunda — Abstractio mentis humanae vicio nata — Abstractio scientiae
 humanae mater — Homo sibi confingit mundum quemdam formarum et numerorum —
 Mathesis scientia operatrix — Deus res ex vero definit — Homo definit nomina —
 « Quaestio definitionis » et « nominis » Latinis idem — Idem scientiae humanae ac
 chemicae evenit — Scientiae humano generi utilissima, quae certissimae — Ea scientia
 divina similis evadit, in qua verum et factum convertuntur — Veri criterium est id
 ipsum fecisse — Cur scientiae minus certae, quae magis in materia immerguntur —
 Meditata physica ea probantur, quorum simile, quod operemur — Verum humanum
 quando cum bono convertitur.

Ex quibus antiquorum Italiae sapientum de vero placitis, et hac, quae
 in nostra religione adhibetur, *g e n i t i* et *f a c t i* distinctione, principio
 habemus, quod cum in uno Deo exacte verum sit, omnino verum proficisci
 debemus, quod nobis est a Deo revelatum; nec quaerere genus, quo modo
 verum sit, quod id omnino comprehendere nequeamus. Indidem originem
 scientiarum humanarum repetere, ac denique normam ad dignoscendum
 quae verae sint, habere possumus. Deus scit omnia, quia in se continet
 elementa, ex quibus omnia componit; homo autem studet, dividendo, ea
 scire. Itaque scientia humana naturae operum *anatomie* quaedam videtur.

Etenim, illustris exempli causa, hominem in corpus et animum, et
 animum in intellectum ac voluntatem dissecuit; et a corpore excerpit,
 seu, ut dicunt, abstraxit figuram, motum, et ab his, uti ab omnibus aliis
 rebus, extulit ens et unum. Et metaphysica ens, arithmetica unum, eiusque
 multiplicationem, geometria figuram eiusque commensur, mechanica mo-
 tum ab ambitu, physica motum a centro, medicina corpus, logica rationem,
 morales voluntatem contemplatur.

Sed de hac rerum anatomico idem ac de quotidiana humani corporis
 factum est, in qua actiores physici non parum de situ, structura et usu
 partium ambigunt, ne non per mortem liquoribus concretis, cessante motu
 et sectione ipsa, et situs et structura viventis corporis perierint, quamobrem
 earundem usus explorari non possit.

Nam hoc ens, haec unitas, haec figura, motus, corpus, intellectus,
 voluntas, alia in Deo, in quo sunt unum, alia in homine, in quo divisa: in

libre arbitre, en Dieu la volonté inéluctable — Pour les Latins "divisere" et "minuere" sont
 même chose — La méthode analytique est vaine par les syllogismes, divinatorie par les nom-
 bres, tâtonnante par le feu et les liquides — L'abstraction est née du défaut de l'esprit
 humain — L'abstraction est mère de la science humaine — L'homme se façonne un monde
 de formes et de nombres — La mathématique est une science opératoire — Dieu définit des
 choses à partir du vrai — L'homme définit des noms — « Quaestio definitionis » et « quaestio
 nominis » sont même chose pour les Latins — La science humaine a le même sort que la chi-
 mie — Les sciences les plus utiles au genre humain sont celles qui sont les plus certaines —
 Se rapproche de la science divine celle dans laquelle le vrai et le fait sont convertibles — Le
 critère du vrai est d'avoir fait le vrai lui-même — Pourquoi les sciences sont d'autant moins
 certaines qu'elles sont davantage enfoncées dans la matière — Parmi les théories physiques,
 sont prouvées celles auxquelles nos opérations sont semblables — Le vrai humain est parfois
 convertible avec le bien.

Partant des maximes des anciens philosophes italiques sur le vrai et de
 la distinction reçue dans notre religion entre l'*engendré* et le *fait*, nous posons
 en principe que, puisque c'est en Dieu seul que le vrai se rencontre avec exac-
 titude, nous devons professer comme absolument vrai ce qui nous a été révélé
 par Dieu et non pas en chercher le genre, non pas chercher sur quel mode cela
 est vrai, puisque c'est là ce que de toute façon nous ne saurions comprendre.
 C'est en partant du même principe que nous pourrions rechercher l'origine des
 humaines sciences et trouver même à la fin la règle pour distinguer lesquelles
 sont vraies. Dieu sait toutes choses, puisqu'il contient en lui les éléments dont
 il compose toutes choses, l'homme, lui, s'efforce, par division, de les savoir.
 C'est pourquoi la science humaine semble une sorte de dissection des oeuvres
 de la nature.

Ainsi, pour prendre un exemple fameux, elle a l'habitude de disséquer
 l'homme en un corps et un esprit, et l'esprit en un entendement et une
 volonté; et du corps elle a extrait ou, comme on dit, abstrait la figure, le mou-
 vement, et de ceux-ci, comme de toutes les autres choses, elle a tiré l'être et
 l'un. Dès lors la métaphysique traite de l'être, l'arithmétique de l'un et de sa
 multiplication, la géométrie de la figure et de ses proportions, la mécanique du
 mouvement centripète, la physique du mouvement centrifuge, la médecine du
 corps, la logique de la raison et la morale de la volonté.

Mais il en va de cette dissection des choses comme de la dissection
 banale du corps humain, où les meilleurs naturalistes ne sont pas peu per-
 plexés sur la place, la structure et l'usage des différentes parties. Car ils crai-
 gnent que par les effets de la mort (coagulation des liquides, arrêt du mouve-
 ment) et par le découpage lui-même, tant l'emplacement que la structure de
 l'organe vivant n'aient été détruits, en sorte qu'il ne soit plus possible d'en
 explorer l'usage.

Car cet être, cette unité, cette figure, ce mouvement, ce corps, cet
 entendement, cette volonté sont autres en Dieu, où ils sont un, qu'en

Deo vivunt, in homine pereunt. Cum enim Deus «eminenter», ut theologi Christiani loquuntur, sit omnia, et cum perennis entium generatio corruptione eum nihil demitteret, quia eum nihil augent, nec minuunt; entia finita et creata sunt disposita entis infiniti ac aeterni; ita ut Deus unus sit vere ens, cetera entis sint potius. Quare Plato, cum absolute «ens» dicit, summum Numen intelligit. Sed quid Platone opus teste, cum Deus ipse nobis se ipsum definiat: «Qui sum», «Qui est», tanquam singula quaeque prae eo non sint? Et nostri ascetae, sive metaphysici Christiani, ita praedicant: nos prae Deo, quantumlibet maximos, et quavis de causa maximos, nihil esse. Et, cum Deus unice unus sit, quia est infinitus (infinitum enim multiplicari non potest), creata unitas prae eo perit: et ob id ipsum prae eo perit corpus; quia immensum dimensionem non patitur: perit motus, qui loco definitur, quia perit corpus; nam corpore locus completur: ratio haec humana perit, quia, cum Deus habeat intra se quae intelligit et omnia praesentia habeat, quae in nobis sunt ratiocinia, in Deo sunt opera: postremo haec nostra voluntas flexilis; at Deus, cum nullum alium sibi propositum finem habeat, quam seipsum, cumque is sit optimus, eius voluntas ineluctabilis est.

Et harum rerum vestigium, quas disseruimus, in Latinis locutionibus observamus: nam idem verbum «minuere» et diminutionem et divisionem significat; quasi quae dividimus non sint amplius quae erant composita, sed diminuta, mutata, corrupta. An id ratio sit, cur via «resolutiva», quam dicunt, sive per genera et syllogismos, quae ab Aristotelaïs celebratur, vana comperiatur; sive per numeros, quam tradit algebra, sit divinatoria; sive per ignem et menstrua, qua pergit chemica, eat tentabunda?

Per haec igitur, cum homo, naturam rerum, vestigabundus, tandem animadverteret se eam nullo assequi pacto, quia intra se elementa, ex quibus res compositae existant, non habet, atque id fieri ex sua mentis brevitate, nam extra se habet omnia; hoc suae mentis vicium in utiles veritatis usus, et abstractione, quam dicunt, duo sibi contingit; punctum, quod designari, et unum, quod multiplicari posset. Atqui utrumque fictum: punctum enim, si designes, punctum non est; unum, si multiplices, non est amplius unum.

L'homme, où ils sont divisés: en Dieu ils vivent, en l'homme ils meurent. Comme Dieu en effet est «éminemment» toutes choses, selon l'expression des théologiens chrétiens, et comme la génération et la corruption perpétuelles des étants, ne lui ajoutant ni ne lui retranchant rien, ne l'altèrent en rien, les étants finis et créés sont une certaine répartition ordonnée de l'être infini et éternel, de sorte que Dieu seul soit véritablement l'être et que toutes les autres choses participent plutôt de l'être. C'est pourquoi Platon, quand il emploie «être» absolument, entend par là la suprême Puissance divine. Mais quel besoin avons-nous du témoignage de Platon, dès lors que Dieu en personne se définit lui-même pour nous: «Qui sum», «Qui est», comme si toutes les choses singulières, comparées à lui, n'étaient pas? Et nos ascètes, comme aussi bien nous soyons, et grands par quelque cause que ce soit, nous ne sommes rien. Et parce que Dieu seul est un, étant infini (l'infini, en effet, ne peut être multiplié), l'unité créée périt devant lui, et par là-même le corps périt devant lui, car il ne supporte pas une dimension infinie; le mouvement périt, qui est défini par le lieu, parce que le corps périt (le lieu est en effet rempli par le corps); notre raison humaine périt, puisque, Dieu conservant par devers soi ce qu'il comprend et tenant toutes choses présentes, ce qui en nous est produit de la réflexion est en Dieu une oeuvre; et pour finir, cette volonté qui est la nôtre est ployante, tandis que Dieu, comme il ne se propose aucune fin que lui-même, et que c'est la meilleure, sa volonté est inéluctable.

Or nous trouvons la trace de tout ce que nous venons de dire dans les expressions latines. En effet, le même verbe «minuere» signifie à la fois diminution et division, suggérant ainsi que les choses que nous divisons ne restent plus ce qu'elles étaient dans leur composition, mais se retrouvent diminuées, changées, altérées. Est-ce la raison pour laquelle la méthode qu'on appelle résolution analytique, ou bien se révèle vaine lorsqu'elle procède par genres et syllogismes, comme aiment le faire les aristotéliens, ou bien relève de la divination lorsqu'elle procède par les nombres, selon la tradition algébrique, ou bien marche à tâtons lorsqu'elle procède par le feu et les liquides, comme le fait la chimie?

Grâce à quoi l'homme, à la recherche de la nature des choses, ayant fini par s'apercevoir qu'il ne pouvait d'aucune façon l'atteindre parce qu'il n'a pas à l'intérieur de lui les éléments dont les choses sont composées, car il a l'esprit trop court pour cela, et ne les a qu'à l'extérieur de lui — grâce à quoi, dis-je, l'homme tourne à son profit cette infirmité de son esprit et, par ce qu'on appelle l'abstraction, se confectionne deux notions: le point, qui peut être désigné, et l'un, qui peut être multiplié. Or ce sont là deux fictions: le point, en effet, dès lors qu'on le désigne, cesse d'être un point; l'un, multiplié, ne

Insuper pro suo iure sumpsit ab his in infinitum usque procedere, ita ut lineas in immensum ducere, unum per innumera multiplicare sibi liceret. Atque hoc pacto mundum quemdam formatum et numerum sibi condidit, quem intra se universum complecteretur: et produciendo, vel decurrando, vel componendo lineas, addendo, minuendo, vel computando numeros infinita opera efficit, quia intra se infinita vera cognoscit.

Neque enim in solis problematicis, sed in theorematibus ipsis, quae vulgo sola contemplatione contenta esse putantur, operatione opus est. Etenim, dum mens colligit eius veri elementa, quod contemplatur, fieri non potest quin faciat vera, quae cognoscit. Porro, quia physicus non potest res ex vero definire, hoc est rebus suam cuique naturam addicere, et ex vero facere; id enim fas Dei est, nefas homini; nomina ipsa definit, et ad Dei instar ex nulla re substrata, tamquam ex nihilo res veluti creat, punctum, lineam, superficiem: ut « puncti » nomine intelligat quid, quod partes non habeat; appellatione « lineae », puncti excursus, sive longitudinem, latitudinis ac profunditatis expertem; acceptione « superficiei » duarum diversarum linearum in unum punctum coitionem, sive latitudinem cum longitudine, praecisa profunditate. Atque hoc pacto, quando ei negatum est elementa rerum tenere, ex quibus res ipsae certo existant, elementa verborum sibi confingit, ex quibus ideae sine ulla controversia excidentur. Et id quoque sapientes Latinae linguae auctores satis perspexerunt, cum Romanos ita locutos esse sciamus, ut « quaestionem nominis » et « definitionis » promiscue dicerent; et tunc quaerere definitionem putarent, cum quaerebant quid, verbo prolato, in communi hominum mente excitaretur.

Ex his vides idem humanae scientiae ac chemicae evenisse: uti enim haec, dum rei omnino irritae studet, praeter propositum humano generi utilissimam operariam artem, spargiticam peperit; ita dum humana curiositas verum natura ei negatum vestigat, duas scientias humanae societati utilissimas genuit, arithmetica et geometriam, atque ex his progeniit mechanicam, omnium artium hominum generi necessariarum parentem.

reste plus l'un. En outre il s'est arrogé le droit de procéder à l'infini à partir de ces fictions, au point de se permettre de tirer des droites au-delà de toute mesure et de multiplier l'un au-delà de tout nombre. Et de cette façon il a fondé pour lui-même une sorte de monde de formes et de nombres¹, qu'il puisse contenir en lui-même dans son universalité. Et en prolongeant, en raccourcissant ou en composant des droites, en ajoutant, retranchant ou combinant des nombres, il effectue des opérations infinies, parce qu'à l'intérieur de lui il connaît les choses infinies comme vraies.

Car ce n'est pas seulement dans les problèmes, c'est aussi dans les théorèmes eux-mêmes, dont on pense pourtant communément qu'ils sont les objets de la seule contemplation, que le besoin d'une opération se fait sentir. Et en effet, lors même que l'esprit rassemble les éléments du vrai qu'il contemple, il ne peut se faire qu'il ne confectionne les vérités qu'il connaît. Qui plus est, puisque le physicien ne peut définir les choses à partir du vrai, c'est-à-dire attribuer à chaque chose sa nature, ni les faire à partir du vrai (c'est là ce qui est permis à Dieu, mais interdit à l'homme), ce sont les noms eux-mêmes qu'il définit, et, à l'instar de Dieu, sans le soutien d'aucune chose, il crée pour ainsi dire *ex nihilo* des choses telles que le point, la droite, le plan; de telle sorte que sous le nom de "point" il entend ce qui n'a pas de partie, qu'il appelle "droite" la course d'un point, autrement dit la longueur qui n'a ni largeur ni profondeur, et que par "plan" il entend la rencontre de deux droites différentes en un point, autrement dit une largeur avec une longueur, la profondeur étant exclue. Et de cette façon, puisqu'il lui est interdit de posséder les éléments des choses par lesquels celles-ci existent véritablement, il confectionne pour lui-même des éléments de langage, capables de susciter des idées qui ne donnent prise à aucune contestation. Et cela non plus n'a pas échappé aux savants créateurs de la langue latine, puisque, nous le savons, les Romains s'exprimaient de telle sorte qu'ils identifiaient la "quaestio nominis" et la "quaestio definitionis" et qu'ils pensaient chercher la définition, lorsqu'ils cherchaient ce que la profération d'un terme faisait généralement jaillir dans l'esprit des hommes.

On voit par là qu'il en est allé de la science humaine comme de la chimie: de même en effet que cette dernière, en s'appliquant à un objet extrêmement vain, engendra sans le vouloir la méthode opératoire la plus utile au genre humain, à savoir la pharmacologie, de même, en recherchant une vérité qui lui était refusée par nature, la curiosité humaine engendra les deux sciences les plus utiles à la société humaine, l'arithmétique et la géométrie, d'où elle tira par la suite la mécanique, qui à son tour est à l'origine de tous les

¹ Nous conjecturons *numerationum* au lieu de *numorum*.

Cum igitur scientia humana nata sit ex mentis nostrae vicio, nempe summa eius brevitate, qua extra res omnes est, et qua quae noscere affectat non continet, et qua non continet, vera quae stridet non operatur; eae certissimae sunt, quae originis vicium lunt, et operatione scientiae divinae similes evadunt, utpote in quibus verum et factum convertantur.

Atque ex his, quae sunt hactenus dissertata, omnino colligere licet, veri criterium ac regulam ipsum esse fecisse: ac proinde nostra clara ac distincta mentis idea, nedum ceterum verorum, sed mentis ipsius criterium esse non possit: quia, dum se mens cognoscit, non facit, et quia non facit, nescit genus seu modum, quo se cognoscit. Cumque humana scientia ab abstractione sit, iccirco scientiae minus certae, prout aliae aliis magis in materia corpulenta immerguntur: uti minus certa mechanice quam geometria et arithmetica, quia considerat motum, sed machinarum operi minus certa physice quam mechanice, quia mechanice contemplatur motum externum circumferentiarum, physice internum centrorum: minus certa moralis quam physica, quia physica considerat motus internos corporum, qui sunt a natura, quae certa est; moralis scrutatur motus animorum, qui penitissimi sunt, et ut plurimum a libidine, quae est infinita, proveniunt. Atque indidem in physica ea meditata probantur, quarum simile quid operemur: et ideo praeclarissima habentur de rebus naturalibus cogitata, et summa omnium consensione excipiuntur, si iis experimenta apponamus, quibus quid naturae simile faciamus.

Et, ut uno verbo absolvam, ita verum cum bono convertitur, si quod verum cognoscitur, suum esse a mente habeat quoque a qua cognoscitur; et ita scientia humana divinae sit imitatrix, qua Deus, dum verum cognoscit, id ab aeterno ad intra generat, in tempore ad extra facit. Et veri criterium, quemadmodum apud Deum inter creandum est suis cogitatis bonitatem communicasse: « vidit Deus, quod essent bona »; ita apud homines sit comparatum, vera quae cognoscimus, effecisse. Sed haec res quo munitiori sita sint loco, sunt a dogmaticis scepticisque vindicanda.

arts nécessaires au genre humain. Aussi, comme la science humaine est née du défaut de notre esprit, je veux dire de son extrême exiguité, qui fait qu'il est extérieur à toutes choses et ne contient pas ce qu'il cherche à connaître et que, ne le contenant pas, les vérités qu'il étudie ne sont pas son oeuvre, les sciences les plus certaines sont celles qui effacent ce défaut originel et deviennent dans leur opération semblables à la science divine, puisqu'en elles le vrai et le fait sont convertibles.

Tout ce que nous avons dit jusqu'ici peut être parfaitement résumé ainsi: le critère et la règle du vrai sont *l'avoir-fait* lui-même. D'où notre idée claire et distincte de l'esprit, loin de pouvoir être le critère des autres vérités, ne pourrait déjà être celui de l'esprit même; car, dans le moment où l'esprit se connaît, il ne fait pas, et parce qu'il ne fait pas, il ne sait pas l'origine de cette connaissance, ou la façon dont il se connaît. Et comme la science humaine est par abstraction, les sciences sont d'autant moins certaines qu'elles sont davantage plongées dans l'épaisseur de la matière: ainsi la mécanique est-elle moins certaine que la géométrie et l'arithmétique, parce qu'elle considère le mouvement, mais à l'aide de machines; la physique moins certaine que la mécanique, parce que la mécanique traite du mouvement externe des circonférences, la physique du mouvement interne des centres; la morale moins certaine que la physique, parce que la physique considère les mouvements internes des corps qui appartiennent à la nature, laquelle est certaine, tandis que la morale scrute les mouvements de l'esprit, qui sont très profondément enfouis et, pour la plupart, proviennent du désir, lequel est infini. Et pour la même raison, sont prouvés en physique les faits théoriques dont nous pouvons réaliser opérationnellement un simulacre: de là que les notions que nous avons des choses naturelles sont tenues pour les plus claires et recueillent l'approbation la plus large si nous y ajoutons des expériences, c'est-à-dire des sortes de fac-similés de la nature.

Et, pour tout dire en un mot, la vérité est convertible avec le bien si ce qui est connu comme vrai tient également son être de l'esprit par lequel il est connu; et ainsi la science humaine imiterait la science divine, par laquelle Dieu, connaissant le vrai, l'engendre *ad intra* de toute éternité et le produit *ad extra* dans le temps. Et le critère du vrai, de même que chez Dieu il consiste à communiquer aux objets de ses pensées le caractère du bien dans l'acte de la création — « vidit Deus, quod essent bona » —, de même chez les hommes ce serait d'avoir élaboré les vérités que nous connaissons. Mais pour que ces différents résultats soient mis à l'abri, il faut les arracher aux dogmatiques et aux sceptiques.

DE PRIMO VERO, QUOD RENATUS CARTHESIUS MEDITATUR

Metaphysica aliis scientiis subiectum asserit, cuique suum — Qui finis dogmaticos inter et scepticos — Genius fallax Carthesii idem ac somnium divinitus immisum Stoicorum — Et Mercurius adsimulatus Sosia apud Platum in *Amphytrone* — Conscientia aliud a scientia. — Quid scientia. — Quid conscientia — Cogitationis causae occultae. — Idque adeo in nostra religione — Mens humana aranei similis a nostris metaphysicis fingitur — An ex conscientia cogitandi scientia entis nascatur — Scire per scepticos quidnam esset.

Nostrae tempestatis dogmatici ante metaphysicam pro dubiis omnia vera habent, non solum quae in agenda vita posita sunt, ut moralia et mechanica; sed et physica quoque, atque adeo mathematica: nam unam metaphysicam esse docent, quae nobis indubium det verum et ab eo, tamquam a fonte, secunda vera in alias scientias derivari: quod cum nulla ceterarum demonstrarent esse quae sunt, et eorum aliud esse mentem, aliud corpus; non sunt quicquam certae de subiectis, de quibus agunt. Quare metaphysicam ceteris scientiis proprios fundos, cuique suum asserere existimant. Itaque magnus eius mediator iubet, qui eius sacris initiari velit, eum non solum persuasionibus, seu, ut loquuntur, praedictiis, quae per sensus, fallaces nuncios, usque ab infantia conceperunt, sed etiam omnibus veris, quae per reliquas scientias didicerant, castum adire; et, quoniam oblivisci nostrum non est, mente si minus tamquam tabula pura, saltem uti libro involuto, quem postea in meliori lumine evolvat, se ad audiendos metaphysicos applicet. Igitur finis, qui dogmaticos a scepticis distinet, erit primum verum, quod nos eius metaphysica reserat. Quodnam is sit, ita maximus philosophus docet.

Homo in dubium revocare potest, an sentiat, an vivat, an sit extensus, an denique omnino sit; et in eius argumentum open advocat cuiusdam geni fallaci, qui nos decipere possit, non alter ac apud Ciceronem in *Academicis* Stoicus, ut id ipsum probet, ad machinam confugit, et utitur somnio divinitus misso. Sed nullo sane pacto quis potest non esse conscius quod cogitet, et ex cogitandi conscientia colligere certo, quod sit. Quare

DE LA VÉRITÉ PREMIÈRE SELON LES "MÉDITATIONS" DE RENÉ DESCARTES

